

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Pavli Laymann è Societate I: Theologiæ Moralis  
Compendiv[m] absolutissimum et in quinq[ue] libros  
partitum**

**Laymann, Paul**

**Moguntiæ**

§. 5. De iurisdictione Vicarii generalis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40716**

THEOLOGIAE

90 præscriptio, sed ipsem Episcopum est ordinatus  
Iudex & Pastor totius diœcesis.

Sede Episcopali vacante, Capitulum exercet o-  
mnem iurisdictionem, tam voluntariam, quam co-  
tentiosam. Hinc solet Capitulum aliquando sede va-  
cante communi consensu condere statuta pro Eccle-  
siæ reformatione, quas recapitulationes vocant, &  
vim legis obtinent, si sacris canonibus nō repugnat.

13 Beneficia, quæ patronata non sunt, Capitulum  
sede vacante conferre non potest.

14 Capitulum non succedit in iurisdictione Episco-  
po delegata, quia censetur electa, industria persona,  
& ratione dignitatis, sed Capitulū succedit in Iuri-  
dictione, quæ competit Episcopo iure communi &  
ordinario.

15 Bona immobilia Ecclesiæ Cathedralis & mobilia  
pretiosa, si seruando seruari possunt, vacante sede ab  
que auctoritate Rom. Pontificis alienari non po-  
sunt, quamvis Episcopus vel similis prælatus post  
electus & confirmatus alienationem ita factam ap-  
probare queat. NB. Causa iudicialis vacante sede  
agitari non potest, nec præscriptio contra Ecclesiam  
procedere solet.

16 Intra annum à die vacationis, Capitulū iure no-  
uo Concilii Trident. ordinandi licentiam vel dimi-  
sorias, tum iure antiquo potest, communi iure dare  
non potest.

17 Capitulum sede vacante non potest fructus & co-  
modum Episcopatus distrahere. 113.

§. 5. De Iurisdictione Vicarii Generalis.

18 Generalis Vicarius Episcopi ex eodem, cuius vi-  
cem gerit, tribunali iurisdictionem ordinariam  
exercet in diœcesanos, potest audire omniū diœce-  
sanorum.

sanorum confessiones, eorumque matrimonii validae assistere, atq; eiusmodi facultates aliis Sacerdotibus delegare, in foro eodem contentiofas causas agnoscere, excommunicare, &c. Est enim Ordinarius, & Parochorum superior, Episcopi personam representans.

NB. A generali Vicario ad Episcopum appellari non potest, quia appellatio est ad Iudicē diuersum. Et appellatio esse non potest ab eodē ad eundem, ait gloss. c. Romanæ. A Decanis autem ruralibus & foraneis potest appellari.

Mortuo vel deposito Episcopo, iurisdictio Vicarii generalis expirat, in eoq; differt à delegato, cuius potestas ob mortē delegantis nō expirat, quoad negotia cepta. Ratio est, quia Vicarii generalis idē est cū Episcopo tribunal, delegati autem diuersum & inferius.

NB. Post mortē Episcopi, vicarius generalis denuo debet confirmari. Ipso iure enim iurisdictio Vicarii per mortē Episcopi extinguitur: quod si reuocetur iurisdictio per mandatū, debet prius intimari Vicario, nomine Episcopi, & tunc habet primū Effectū.

NB. 2. Per Episcopi excommunicationē suspenditur etiam iurisdictio vicarii, sed non delegati, cuius iurisdictio non cessat ob excommunicationem delegantis, si causa integra non sit.

Porro iurisdictio Vicarii generalis non extendit se communi iure ad meras & voluntarias gratias, V. C. collationes beneficiorum, dispensationes in irregularitatibus ex occulto delicto, denunciationibus matrimonii. Potest tamen Episcopus & praxis docer illis eiusmodi iurisdictionem maiorem conferre.

Officiū Viceprioris, Viceguardiani, quin & quo- 20 rundam Vicariorum forensium, mortuo vel deposito principali, non expirar.

§. VI.